

Goswini Josephi De Aquinack

Justior Interpretatio


Art. IV. §. 9.

Pacis Osnabrugensis,

nec non

§. XVII.

Pacis Monasteriensis,



Francofurti & Lipsiæ

MDCCLXXVIII.

Journal Interprétation

Am. W. & S.

Paris Océanographique

1871

2 X VII

Paris Montfermeil



Imprimerie & Librairie

MONTFERMEIL

Justior Interpretatio

Articuli IV. §. 9.

Pacis Osnabrugensis.

§. I.

Instrumentum Pacis Cæsareo - Sueci-
cum ART. IV. §. 9. (*) sonat "
" Quodsi verò contigerit, Lineam Guil-
" helmianam masculinam prorsus defi-
" cere, superstite Palatinâ; non modo
" Palatinatus superior, sed etiam dig-
" nitas Electoralis, quæ penes Bavariæ
" Duces fuit, ad eosdem superstites
" Palatinos, interim simultaneâ inve-
" stiturâ gavifuros redeat, octavo tunc
" A 2 " Electro-

(*) Apud DE MEIERN universal Register
über die Westphälischen Friedens, und
Mürnbergischen Executions, Handlungen
pag. 5. SCHMAUSS Corp. jur. publ.
Num LXII. p. m. 800. DE RIEGGER Corp.
jur. publ. & Eccles. pag. 470. & alibi passim.

“ Electoratu prorsus expungendo: ita
 “ tamen Palatinatus superior hoc casu
 “ ad Palatinos superstites redeat, ut
 “ hæredibus allodialibus Electoris Ba-
 “ variæ actiones, & beneficia, quæ
 “ ipsis ibidem de jure competunt, re-
 “ servata mancant

§. II.

Consonat Instrumentum Pacis Cæ-
 sareo - Gallicum §. XVII. iisdem om-
 nino verbis reperens “ Quodsi verò
 “ contigerit Lineam Guilhelmianam
 “ masculinam prorsus deficere, super-
 “ stite Palatinâ, non modò Palatinatus
 “ superior, sed etiam dignitas Electo-
 “ ralis, quæ penes Baviaræ Duces fuit,
 “ ad eosdem superstites Palatinos, in-
 “ terim simultaneâ investiturâ gavisu-
 “ ros redeat, octavo tunc Electoratu
 prorsus

“ prorsus expungendo: ita tamen pa-
“ latinatus superior hoc casu ad Pala-
“ tinos superstites redeat, ut hæredi-
“ bus allodialibus Electoris Bavariæ
“ actiones, & beneficia, quæ ipsis ibi-
“ dem de jure competunt, reservata
“ maneant.

§. III.

Quid verba illa: *ut hæredibus al-*
lodialibus Electoris Bavariæ actiones,
& beneficia, quæ ipsis ibidem de jure
competunt, reservata maneant, sibi ve-
lint, inter doctores juris publici parum
convenit. Sunt, qui cum DE BU-

A 3

CKISCH

(*) Apud DE MEIERN *cit. loc. pag. 67.*
SCHMAUSS *cit. loc. pag. 358.* & DE
RIEGGER *cit. loc. pag. 550.*

CKISCH (*) arbitrentur, hisce verbis in casum extinctorum heredum feudatum Lineæ Wilhelmianæ Cæsareanos heredibus Bavari allodialibus meliorationum reservationem reservasse. Alii contra cum celeberrimo GUNDLING (**) relata verba de allodiis, queis Elector Baviaræ in Palatinatu superiore gaudet, capiunt. Iterum aliis perhibente HENNIGES (***) visum fuit, reservationem illam tredecim myriades, seu milliones, quarum §. 4. men-

(*) *In Observat. Historico-polit. in Instrument. Pac. Art. IV. §. 9. Observat. 17.*

(**) *In Discours über den Westphälischen Frieden Art. IV. §. 9. verb. Heredibus allodialibus.*

(***) *In Meditat. ad Instrument. Pac. Art. IV. §. 9. lit. m.*

mentio facta, respicere, eamque ob
causam mutuas utrimque contradic-
tiones, & protestationes in acta relatas
esse.

§. IV.

Posterioribus novissimè accessit ano-
nymus auctor libelli, cui titulus: Er-
klärung des Vierten Artikuls
des Westphälischen Friedens-
schlusses, so weit er die Erlö-
schung des Chur- & Bayerischen
Manns- Stammes angehet 1778

§. V.

Interim opinio, quæ quondam in-
lustri DE HENNIGES (*) displicuit
nunc nobis minus placere potest. Ju-

A 4

vat

(*) *cit. lit. m.*

vat proinde manus conferre, & quid
rei sit, paulo penitius disquirere,

§. VI.

Inprimis anonymus statuit, decla-
rationem relati supra §. 9. desumen-
dam esse ex instrumento emptionis
venditionis intra Imperatorem FER-
DINANDUM II. atque Electorem Ba-
variae MAXIMILIANUM quartâ Mar-
tii MDCXXVIII. initæ (*) cujus se-
quentia subdimus verba: "Auf den Fall
" aber, welchen der Allmächtig zu ver-
" hüten geruhe, gedachte Wilhelminische
" Linie nämlichen Namen, und Stam-
" mens gänzlichen abgehn, und keiner
" mehr

(X) Apud LUNIG teutschen Reichsarchiv Pars,
Spec. Abtheil. I. Num. CCLXXV. pag.
700.

„ mehr aus demselben Geblüt herkom-
„ mend, übrig seye, Dannenhero auch sol-
„ cher Gestalt die Ober- und Unter- Pfalz
„ entweder an andere ihre Agnaten, und
„ Lehens- Folger Pfalzgrafen am Rhein
„ fallen, oder in Mangel der sährigen
„ Lehens- Erben uns, und unseren Nach-
„ kommen, und dem heiligen Reich of-
„ fen, und heimfällig würden; so sollen
„ gedachte Agnaten, und Lehen- Folger,
„ oder wir, unsere Nachkommen, und
„ das heilige Reich, auf welche dann
„ berührte Land, und Leuth der obern,
„ und untern Pfalz am Rhein fallen
„ werden, schuldig, und verbunden seyn,
„ den Successorn an den Herzogthumben
„ obern- und niedern Bayern, und viel-
„ gedachter Wilhelminischer Manns Lia-
„ nie allodial- und Eigenthums- Erben,
„ welchen solche Herzogthum entweder
„ aus mehrernantes Herzogen, und Chur-
A 5 fürsten

„ fürsten Maximilian in Bayrn Liebden,
„ oder derselben Erben, und Nachkom-
„ men Wilhelminischer Linie Disposition,
„ und Verordnung, oder in Mangel sol-
„ cher Verordnung, ab intestato von
„ Rechts- und Billigkeits wegen, gebüh-
„ ren wird, den völligen Kauffschilling,
„ nemlichen dreyzehnen Millionen Gulden
„ Rheinisch, guter Reichs Münz gerech-
„ net samt den liquidirten Meliorationen,
„ und Verbesserungen, so sie an beyde
„ Pfalzen, oder an eine derselben gewens-
„ det, und deme, was sie in denen mit
„ diesen Landen von uns überkommenen
„ Schulden abgelöst haben würden, her-
„ aus zu geben, und zu erstatten, wie
„ dann solche Eigenthums Erben der
„ Herzog- Wilhelminischen Linie auch vor
„ wirklicher völligen Erleg- und Abstat-
„ tung jetztbesagter Summe Gelds, und
„ andern

„ andern schuldigen Wiederbezahlung, die
„ Fürstenthum, und Länder der obern,
„ und untern Pfalz abzutreten nicht schul-
„ dig, sondern dieselben Jure retentio-
„ nis so lang einzuhaben, zu nutzen, und
„ zu niessen befugt seyn sollen, bis sie
„ angeregten Rauffschillings, der Melio-
„ rationen, und Unkostens allerdings be-
„ zahlt, entricht, und befriediget seyn
„ worden. Dagegen, und um solche
„ beyde Fürstenthum, und Länder der
„ obern Pfalz in Bayern, und theils
„ untern Pfalz am Rhein haben uns
„ mehrgedachtes Herzogen, und Chur-
„ fürsten Maximilian in Bayern Liebden
„ denen uns, unserm löbl. Hause, dem
„ heil. Reich, und dem gemeinen Wesen
„ erwiesenen stattlichen, fürtreflichen und
„ ersprieslichen Diensten, Assistenz, Hülf,
„ und Wohlthaten, dardurch sie solche
„ Länder

// Länder, und wohl ein mehrers um uns,
 // und das heil. Reich verdient, an baarem
 // Geld dreyzehn Millionen Gulden obbemel
 // ter Wehrung als einen rechten bedingten
 // Kauffschilling bezahlen, und richtig ma
 // chen lassen. Deswegen wir dann Jhs
 // re Liebden, Dero Erben, und Nach
 // kommen, als eines baar bezahlen, für
 // uns, und zu unsers Hauses auch Wies
 // dereroberung unserer Erbkönigreich, und
 // Landen, wie nicht weniger wegen Exe
 // cution, und Einnehmung beyder obbes
 // deuter von dem proscribirten Pfalzgraf
 // Friederichen uns heimgefallenen Für
 // stenthumen der obern, und untern Pfalz
 // wohlgedeyhlichen Nutzen angewendt,
 // und würtlichen ausgelegten Kauffschil
 // lings hiemit allerdings quit, frey, les
 // dig, und loß sprechen, deshalben auch
 // weder an Sr. Liebden, noch Dero Er

ben

„ ben, und Nachkommen in ewige Zeit
„ nichts fordern, prätrendiren, sprechen,
„ oder suchen sollen, und wollen, als wir
„ uns dann für uns, unsere Erben, und
„ Nachkommen am Reich aller Eins
„ reden, Freyheiten, Concessionen, Ex
„ ceptionen, Privilegien, Indulten, Dis
„ pensationen, insonderheit aber der Ex
„ ception non numeratae pecuniae, oder
„ non in rem verso, und aller anderen
„ Behelf, und Aufzüg, wie die erdacht,
„ und ersinnet werden, und ob solche
„ gleich von Concilien, Päbsten, Römi
„ schen Kayseren, und Königen durch
„ uns, oder unsere Erben, und Nach
„ kommen, oder jemand anderen von uns
„ fertwegen erlangt, oder aus eigener
„ Bewegnuß, rechtem Wissen, und voll
„ kommener Macht gegeben würden, hiemit
„ gänzlichen, unwiederrufflich, freywillig
„ und würklich verzeyhen, und begeben //

§. VII.

Verùm quo jure ? quâ ratione ?
 Num emptio venditio à FERDINAN-
 DO , ac MAXIMILIANO celebrata
 ligabat simul Palatinos, ac singillatim
 eos , qui nec feloniam commiserant ,
 nec commissæ felonix se se participes
 reddiderant, nec sanguinem ab Electo-
 re Palatino FRIDERICO V. traxerant,
 hinc, ceu PFANNER (X) memorat,
 crebro interrogantes, an culpam elec-
 toris, principisve agnatum luere fas sit,
 nullâ criminis societate contactum ?
 Num ligabat Imperium Romano-Ger-
 manicum, cujus non pauci ordines, ac
 status

(*) *In Historiâ Pacis Westphal. Lib. IV. §. 15.*
 Conferatur CARAFA *de Germania sacra re-*
staurata p. m. 147.

status narrante laudato PFANNERO (XX) clamabant, satis acerbo, & in ipsam usque mortem tolerato exilio imprudentiam luiffe FRIDERICUM, quam filiis nemo imputer, nisi qui crimen quærat, ut vindictam pœnæ nomine honestius exerceat. Nihil iniquius, ac paterni odii heredem aliquem fieri. Generosi animi esse, nocenti ignoscere, ac in innoxios sævire crudelitatis omnem humanitatem aspernantis. Crimen parentum nullam maculam filio infligere posse, cum ex suo quisque admissio pœnæ subjiciatur, neque alieni criminis successorem quemquam constitui. Et verò si omnino in liberos paternæ cladis hereditatem transmitti fas sit, neque ullâ Prætoris æquitate abstinendi eâ

(**) *Cir. Histor. Lib. III. §. 82.*

eâ beneficium concedatur, quid ceteros Agnatos, Gentilésque peccavisse, ut debita ipsorum Prosapia dignitate privari meruerint, innoxiaë cognationis pœnam daturi? Num ligabat Gallorum, ac Suecorum Reges, qui emptioni venditioni haud interfuerant, sed post demum quâ partes belligerantes, ac tandem Westphalicæ pacis moderatores venerant, res litigiosas amicâ transactione, ac compositione sopituri? Numve emptio venditio forsan per pacem Westphalicam ratihabita, confirmata, ac velut basis, ac præcipuum fundamentum locata est? Ita ex gestis, atque actis seu præcedentibus tractatibus Pacis Westphalicæ colligere anonymus ardet, sed paulisper remoto, immo & occiduo jam prorsus sole.

§. VIII.

Etenim eum Electore Palatino FRI-
DERICO V. mortuo, liberosque suos,
& adgnatos dignitatis electoralis exper-
tes relinquente Palatina caussa alto hu-
cusque silentio sepulta, demum in con-
ventu Pacificationis universali reassume-
retur, à protestantibus imprimis Ele-
ctoribus, ac Statibus pro Palatini he-
redibus acerrimè contenderetur, atque
à Suecis plena CAROLI LUDOVICI in
omnes ditiones unâ Chamensi præfec-
turâ exceptâ, restitutio revocatis à Cæ-
sare, Bavaroque donationibus postula-
retur (*); Cæsareani, ac præcipuè Co-

B

mes

(*) BURGOLDENSIS in *Discurs. ad Instrument. Pac. Part. I. Discurs. XXVI. Membr. 1. §. 3.* ET PFANNER in *Histor. Pac. Westphal. Lib. IV. §. 31.*

mes DE TRAUTMANNSDORF teste Episcopo Hierapolitano, atque ad tractatus Pacis Westphalicæ quondam legato ADAMI (**) Osnabrugæ exponebant, Palatinam causam difficultatibus quidem esse obnoxiam, sed eas superari posse, si vel alternativa inter Domos Bavaricam, & Palatinam, ratione dignitatis Electoralis successio, vel octavus Electoratus induceretur, quem Palatini heredes cum Palatinatu inferiore possiderent, quarti interim Electoratus prærogativâ cum palatinatu superiori, & hoc quidem jure pignoris penes Bavarum remanente, donec à Palatino tredecim milliones, quos Bavaro deberet Cæsar, penderentur; vel certè adeò, ut partem ejus aliquam hæreditario jure pro istâ quotâ Bavarus obtineret.

(**) *in Relat. Historic. de Pacificas. Westphal. Cap. XI. §. I.*

§. IX.

Contra Sueci suis insistebant, O-
XENSTIERNA (*) perorante " Es
" erscheine aus dem Kayserlichen Project
" des Instrumenti Pacis, daß man Kay-
" serlicher Seits noch in extremis vers-
" harre. Er habe deshalb mit den
" Franzosen weitläufig über solche Sas-
" che gesprochen, und ginge ihre Mey-
" nung dahin, : 1.) Sollte der jetzige
" Herzog in Bayern zwar Churfürst vers-
" bleiben, aber nur ad dies vitæ.
" 2.) Nach dessen Todt solle die Pfälzische
" Linie succediren, und nach deren Ab-
" gang Bayern wieder in die Chur ein-
" treten, ohngeachtet sodann die Pfalz-
" Neuburgische Linie dem Geblüt nach
" näher wäre. 3.) Wolte man aber

B 2

dieses

(*) Apud DE MEIERN Westphäl. Friedenshandl.
Buch XIX. §. 44. sive Tom. III. pag. 89.

" dieses nicht zugeben; so sollte man die
 " Alternativam zwischen Bayern, und
 " Pfalz einführen, so daß nach des Chur-
 " fürsten in Bayern Todt der Pfalzgraf
 " CARL EDWIG in der Churwür-
 " de folge, und mit der Alternation den
 " Anfang mache. 4.) Müste die Ober-
 " Pfalz an das Churhaus Pfalz restitui-
 " ret, oder doch auf das allerhöchste
 " nur ein Theil davon bey Bayern ges-
 " lassen werden. Similiter Galli decla-
 " rabant (**). Wegen der Pfälzischen
 " Sache wären sie zufrieden, daß die
 " Chur bey Bayern, und der Wilhels-
 " minischen Linie verbleibe, von der Ober-
 " Pfalz aber nur ein gewisser Theil bey
 " Bayern gelassen, hingegen das andere
 " alles nebst der ganzen Unter-Pfalz,
 ohne

(**) Apud DE MEIERN *cit.* Tom. III. pag. 92

„ ohne Ausnahme der Bergstrasse, an
„ den Pfalzgrafen restituiret, und dem
„ selben der Electoratus octavus einge-
„ raumet werden.

§. X.

Cum dein à Bavaris conditiones
pacis exhiberentur tenoris (*) Quodsi
contigerit, ut Linea Guilhelmiana prorsus
deficiat, & palatini masculi legiti-
mi superstites sint, non solum digni-
tas quoque Electoralis, quæ penes Du-
ces Bavaricæ fuit, ad eosdem supersti-
tes Palatinos pleno jure redeat, mane-
atque numerus Electorum septenarius,
octavo deinceps prorsus expungendo,

B 3

fed

(*) Apud DE MEIERN Westphälischen Fried-
denshandlung Buch XXVII. §. I. sine
Tom. IV. pag. 355.

sed etiam jam dicto casu Palatinatus superior ad eosdem superstites Palatinos redeat; ita tamen, ut heredibus allodialibus Electoris Bavaricæ omnes actiones, & omnia beneficia, quæ ipsis ratione meliorationum, vel ex aliis causis in superiori Palatinatu velut feudo emittio de jure competunt, salva, & reservata maneat; Succi cedere nesci rejectis exhibitis sequentes reddebant (**)

“ Similiter, & ad eundem modum
 “ restituatur Domui Palatinæ Electorali
 “ Palatinatus superior excepto dominio Chamb. ad fluvium Regen, relinquendo Domui Bavaricæ eâ conditione, ut pro æquâ, ac conveniente summâ absque restrictione temporis vicissim relui possit. Quo puncto

“ cto

(**) Apud DE MEIERN cit. Tom. IV. pag. 357.

“ Et, & pro informatione hoc dictum,
“ atque intellectum esse desiderant Pa-
“ latini, etiamsi jure repetere pos-
“ sint, quicquid domui Palatinæ abla-
“ tum est, nullo excepto, nec ad se
“ pertinere existiment, quidquid circa
“ obligationem certæ summæ pecuni-
“ ariae inter inclytam domum Austri-
“ acam, atque Bavaricam, adeòque in-
“ ter alios actum est, nec ullâ ratione
“ immisceri se, aut implicari posse con-
“ tendant debito ad se non pertinenti,
“ tum vel maximè illiquido, ac cui
“ auctoritatem potius publicam impe-
“ rii opponendam esse putant; tamen
“ ut ostendant, quanto teneantur tran-
“ quillandæ patriæ, Cæsareæque Ma-
“ jestati deferendi studio ultra illud,
“ quod domus Palatina circa dignita-
“ tem jam remittit, cedere eandem

“ domui Bavaricæ districtum illum
 “ Chambensem, vel ipsâ Bavarorum
 “ contentione locupletissimum ac vicif-
 “ sim expectare, ut Cæsarea Majestas
 “ obligatione suâ liberetur, eique in-
 “ strumenta super ea confecta restitu-
 “ antur, sinè quo repetitioni totius Pa-
 “ latinatûs superioris insistant.

§. XI.

Equidem Cæsareani unâ cum Ba-
 varis uno ore replicabant (*) “ Cum
 “ Dominus Elector Bavaricæ nullâ ra-
 “ tione solo Comitatu Chamensi pro
 “ 13 millionibus sumpruum bellicorum
 “ contentus esse velit, ac Imperator
 “ nullo nec gentium, nec constitutio-
 “ num Imperii jure eatenus gravari
 possit,

(*) Apud DE MEIERN *cis. Tom. IV. pag. 358.*

“ possit, ut in gratiam Palatinorum,
“ à quorum patre in necessitatem belli
“ defensivi conjectus fuit, Electori Ba-
“ variæ supplementum dictæ summæ
“ præstare cogat; ideo inhærere de-
“ bent Cæsareæ Majestatis Legati priori
“ suæ propositioni, ut Princeps CARO-
“ LUS LUDOVICUS vel exsolvat
“ istud debitum integrum, vel Palati-
“ natum superiorem totum relinquat,,

Verùm Sueci his parum movebantur,
quin potius Comes OXENSTIER-
NA excandescens Bavaricum Legatum
KREBS alloquebatur (**). Man habe
Ursache zu schliessen, ehe, und dann der
Herr Pfalzgraf Carl Gustav völlig her-
auskomme; dann alsdann werde es bey
der causâ Palatinâ also nicht verbleiben.

Der Pfalzgraf seye designatus Rex, und

B 5

komme

(**) Vid. THEATRUM EUROPEUM Tom. VI.
pag. 447.

Könige als Generalissimus, werde deroß wegen nicht geschehen lassen, daß causa Palatinâ in diesem Stand verbleibe. Habe Churpfalz etwas gesündigt; so habe dis Haus lang genug darum gebüßt, und geschehe gleichwohl den anderen Fürstl. Häusern, als Pfalz-Simmern, und Beldenz, und Neuburg vor Gott, und der Welt groß Unrecht: seye auch unbillig, daß um des einigen Hauses Bayern willen so viel Häuser Unrecht leiden sollen.

§. XII.

Sic tandem pacis tabulæ, quas eâ de re Galli anno priore nimirum MDCXLVII. pararant (*), Suecique hocce in passu receperant (**), à Cæfareanis

(*) Apud DE MEIERN *cit.* Tom. IV. pag. 410.

(**) Apud DE MEIERN *cit.* Tom. IV. pag. 413.

sareanis ratæ habitæ, deputatis ordinum, seu statuum Imperii anno MD-CXLVIII. communicatæ, ab illis pariter comprobatæ (**), atque ita instrumento pacis insertæ sunt, quales à nobis supra (***) relatæ extant, ac conspiciuntur.

§. XIII.

Dic jam (& eris mihi magnus Apollo) ubi emptio venditio, quam FERDINANDUS II. cum Electore Bavarie quartâ Martii MDCXXVIII. contraxerat, à paciscentibus ratihabita, confirmata, & ceu basis locata sit. Quæso! Ubi ejus vel mentio facta? Ubi vel minimum vestigiùm, ac vola reperienda? Potiore ego jure dixerò,
eam

(**) Apud DE MEIERN *cit.* Tom. IV. pag. 947.

↳ *seqq.*

(***) §. I. & II.

eam non solum prætermittam, verum etiam ei manifestè derogatum esse. Ut supra enim vidimus, non modò Palatinatus superior, sed & inferior cum omnibus regalibus, prærogativis, ac juribus Bavaro divenditus erat. At verò Instrumento Pacis (*) cautum fuit, ut inferior Palatinatus cum omnibus, & singulis Ecclesiasticis, ac secularibus bonis juribus, & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores, Principesque Palatini gavisi sunt omnibusque documentis, registis, rationariis, & cæteris Actis huc spectantibus eidem (videlicet CAROLO LUDOVICO) plenissimè restituantur. Annon derogatio talis, & tanta, quâ major nec esse, nec concipi queat?

§. XIV.

(*) Art. IV. §. 6.

§. XIV.

Ingeres fortasse, nec quoad punctum tredecim Myriadum derogatum, nec antedictam derogationem ad id extendendam esse. Itane juris hermeneutica exposcit? Suecorum, ut supra adductum, vox, & loquela erat: Restituatur Domui Palatinæ Electorali Palatinatus superior, excepto dominio Chamb ad fluvium Regen, relinquendo Domui Bavaricæ eâ conditione, ut pro æquâ, ac conveniente summâ absque restrictione temporis vicissim relui possit. Palatini existimabant, ad se non pertinere, quidquid circa obligationem certæ summæ pecuniariæ inter inclytam Domum Austriacam, atque Bavaricam, adeoque inter alios actum est, neque ulla ratione se immisceri, aut implicari posse debito ad se non per-

pertinente. Cæsareani contra inhærebant priori suæ propositioni, ut Princeps CAROLUS LUDOVICUS vel exsolvat istud debitum integrum, vel Palatinatum superiorem totum relinquat, Post hæc omnia tandem conclusum, transactum, atque Instrumento Pacis (*) insertum est: Dignitas Electoralis, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus regaliis, officiis, præcedentiis, insigniis, & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinatus superior totus unâ cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentiis, regaliis, ac juribus sicut hæctenus, ita & imposte-
rum maneant penes Dominum Maximilianum Comitem Palatinum Rheni,
Bavariæ

(*) *Cit. Art. IV. §. 3.*

Bavariæ Ducem, ejusque liberos, totamque lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex eâ superstites fuerint. Verum an hoc purè, & simpliciter? Haud quaquam, sed statim (***) annexum est: Vicissim Dominus Elector Bavariæ pro se, heredibus, ac successoribus suis totaliter renunciaret debito tredecim millionum, omnique prætensionem in Austriam superiorem, & statim à publicatâ pace omnia instrumenta desuper obtenta Cæsareæ Majestati ad cassandum, & annullandum extradat. Quodsi itaque Palatinatus superior unâ cum Comitatu Cham penes **MAXIMILIANUM** Bavariæ Ducem, ejusque liberos, totamque lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex eâ superstites fuerint, eâ conditione maneat,

(**) *Cit. Art. IV. §. 4.*

at, ut Elector Bavariae pro se, heredibus, & successoribus suis plenè renunciet debito tredecim myriadum, omnique prætensioni in Austriam superiorem, & vicissim si Elector Bavariae pro se, heredibus, ac successoribus suis plenè renunciet debito tredecim myriadum, omnique prætensioni in Austriam superiorem eâ conditione, ut Palatinatus superior unâ cum Comitatu Cham penes eum, ejusque liberos, totamque Guilhelmianam lineam, quamdiu masculi ex eâ superstites fuerint, maneat; quid inde aliud inferre licet, quam Palatinatum superiorem unâ cum Comitatu Cham MAXIMILIANO, ejusque liberis, totique Guilhelmianæ lineæ, quam diu masculi ex eâ superstites fuerint, eâ lege cessum, atque in solutum datum esse, ut pro se,
here-

heredibus, successoribusque, suis credito tredecim myriadum, omnique juri in Austriam superiorem renunciaret? Unde porro consequitur, quod sicut **MAXIMILIANUS** pro se, heredibus, ac successoribus suis credito tredecim myriadum, omnique juri in Austriam superiorem eâ lege renunciavit, ut Palatinatus superior cum Comitatu Cham penes eum, ejusque liberos, totamque lineam Guilhelmianam NB quamdiu masculi ex eâ superstites fuerint, maneret, ita extincto stemmate masculino lineæ Guilhelmianæ respectu crediti tredecim myriadum, jurisque in Austriam superiorem nulla omnino actio, nullum beneficium heredibus allodialibus jure competat; præsertim cum aliòquin actio jurisque beneficium non tantum respectu crediti tredecim myriadum, verum etiam respectu juris in Austri-

C

am

am superiorem competeret, quod tamen nemo sanus unquam affirmaverit.

§. XV.

Quo etiam juris colore, ac fuce affirmaverit? Quid si Javolenus pro se, heredibus, ac successoribus suis credito mille, & ter centum aureorum, omnique juri in pradium Herculaneum eâ lege, ac conditione renunciasset, ut pradium Tusculanum penes eum, ejus liberos, totamque familiam, quamdiu masculi superstites extiterint, maneret, num extincto Javoleni masculino stemmate creditum mille, & ter centum aureorum, nec non jus in pradium Herculaneum, quo ante renunciationem Javolenus gaudebat, heredibus allodialibus reviresceret, atque repubesceret? Amabo, quis non dicam, jureconsultus, sed vel solâ ratione præditus tam iniquè

iniquè, tam injustè, tam barbarè pronuntiabit? Tum namque, ut laudatus DE HENNIGES (*) rectè monuit, qui in genere pro heredibus renunciat, in specie etiam pro heredibus allodialibus renunciassè creditur. Tum etiam Javolenus omne, quod ipsi compete-
bat, jus abdicavit, remisit, dissolvit, delevit, extinxit, ac destruxit, eo solùm fine, ut predium Tusculanum penes eum, ejusque liberos, totamque familiam, non ultra tamen, quàm quoad masculi superstites fuerint, remaneret. Hæc omnis, ac tota renunciationis erat ratio, hæc caussa, hoc pactum, atque lex. Hæc ergo una, hæc sola implenda, atque hac impletâ nihil est, quod vel Javolenus ipse, ac multo minus

C 2

ejus

(*) *In Mediat. ad Instrument. Pac. Art. IV. §. 9. lit. m.*

ejus heredes five sui, & necessarii, five voluntarii, atque extranei, five descendentes, five collaterales, five feudales, five allodiales ultra poscere valeant. Pariformiter ergo intuitu crediti tredecim myriadam nulla actio, nullum beneficium MAXIMILIANI heredibus allodialibus jure competit, quoniam huic credito renunciatum, ac tota renunciationis lex impleta est, eò quod Palatinatus superior unâ cum Comitatu Cham penes MAXIMILIANUM, ejusque liberos, ac lineam Guilmilianam remanserit, donec nuperrimè MAXIMILIANUS JOSEPHUS ultimus Guilmilianæ lineæ masculinus furculus supremum diem clausit. Quid verat proin, quominus extra bivium positi definiamus, quod Pax Westphalica respectu crediti tredecim myriadam emptioni venditioni

tioni quartâ Martii MDCXXVIII. ini-
tæ explicitis, difersisque verbis dero-
gatum iverit, præfertim cum ab ipfo
Imperatore in Confilio Secreto vigefi-
mâ quartâ Martii MDCXLIX. conclu-
fum fit (**)

Electori Bavariae inter cæ-
tera responfum fore reddendum teno-
ris " so könnten Ihre Kayf. Maj. auch
" Ihre dasjenige, was derselben den
" Friedensschluß wegen der brieflichen
" Urkunden über die 13 Millionen geben
" thäte, durch einzigen neuen Tractat
" ganz, und zumalen nicht entziehen las-
" sen, noch deterioris conditionis feyn,
" als andere Restituendi, daher dann
" Ihre Maj. sich dann nochmals gegen
" den Herrn Churfürsten versehen, und
" begehren thäten, daß er Ihre die noch

C 3 in

(**) Apud celeberrimum Dominum MOSER in
Erläuterung des Westphälischen Friedens
Art. IV. §. 4. pag. 194.

// in Händen habende instrumenta su-
 // per debito 13 millionum, als welche
 // durch den getroffenen, und publicirten
 // Friedensschluß sammt dem jure con-
 // stituti possessorii ganz Kraftlos wor-
 // den, und also Ihre Kais. Maj. ohne
 // das zu nichts mehr verbinden könnten,
 // unweigerlich zukommen lassen wollte.

§. XVI.

Hanc quoque derogationem Elec-
 tor Bavariae eò faciliùs admittere, at-
 que approbare poterat, quò eminentius
 in ejusdem utilitatem, atque emolu-
 mentum vergebat. Inprimis namque
 expediti juris (*) est, quod feudum an-
 tiquum

(*) Vid. STRUVE in *Syntagm. jur. Feud. Cap. XV. §. 14.* HORN in *jurisprud. Feudal. Cap. XXIII. §. 22.* FLEISCHER *Institut. jur. Feudal. Cap. XXI. §. 10.* MOELLER *Distinct. Feudal. Cap. XXIII. Distinct. 1.* & BOEHMER *Princip. jur. Feud. Lib. I. Sect. III. Cap. 1. §. 356.*

tiquum ob feloniam in dominum commissam ad dominum revertatur, atque apud eum ac successores ejus exclusis omnibus vasalli descenditibus, & quidem tam diu, quam diu delinquens, atque illius descendentes supersint, maneat, illis verò extinctis successio ad agnatos devolvatur, qui jure proprio primo acquirenti succedunt, & quibus vasallus delinquendo nocere nequid, nisi & hi feloniam participes fuerint. Idem etiam in feudis Imperii Romano-Germanici obtinere

CAPITULATIO
JOSEPHI II. sive novissima hifce docet (**); Gestalten uuch im Heil. Röm. Reich bey verwürksten Güteren des Reichers, desselben Verbrechen denen Agnaten, und allen anderen, so Anwartsung, und Recht daran haben, und sich des Verbrechens in der that nicht theilhaftig

C 3

gemachet

(**) ART. XX. §. 8.

gemachet, an ihrem Jure Succedendi in feudum, und Stammgütern nicht präjudiciren, sondern das principium, als ob auch Agnati innocentes propter feloniam des Lechters des dadurch verwürkten Lehns, und anderen zu priviren keineswegs statt haben soll. Prono hinc fluit alveo, quod licet FRIDERICUS V. Elector Palatinus veram in Imperatorem feloniam commisset, ideóque Palatinatus superior, quâ feudum Imperii ad Imperatorem reversus fuisset, dictus tamen Palatinatus apud Imperatorem non ultra, quàm quoad FRIDERICUS V. ejúsque descendentes superstites extitissent, manere, adeóque ab Imperatore non ultra Bavarizæ Duci vendi potuisset, sed iis extinctis, quorum ultimus nimiram CAROLUS Elector Palatinus, ac FRIDERICI V. nepos anno MDCL-

XXXV.

XXXV. noto notius obiit, successio ad proximos adgnatos, videlicet ad lineam Neoburgicam, quæ lineæ Rudolphinæ nobilior pars est, atque hac pariter deficiente ad lineam Solisbacensem, utpote criminis æquè, ac Neoburgica, nesciam devolvi debuisset. Jam verò Pace Westphalicâ cautum fuit, ut non nisi linea Guilhelmiana masculinâ prorsus deficiente Palatinatus superior ad superstites Palatinos, seu lineam Rudolphinam rediret. Sufficiens ergo, atque urgens, immò & gravissima, ac fortissima Electori Bavariæ fuit causâ renunciandi credito tredecim myriadum, omnique juri in Austriam superiorem, quo non tantum ipse, sed & ejus descendentes Palatinatum superiorem retinerent, donec linea Guilhelmiana masculina prorsus deficeret. Cæteroquin enim Electore Pa-

latino CAROLO finè masculis descendentibus mortuo proximis adgnatis restituendus fuisset Palatinatus superior, qui secundum Pacis Tabulas, seu transactionem apud Bavarum, ejusque descendentes masculos usque ad novissimum mundi diem permanere poterat.

§. XVII.

Dein si GUNDLINGIO (*) omnem fidem denegare nolimus, annui redditus superioris Palatinatus tempore initæ Pacis Westphalicæ summam 800000 Florenorum, ac dein duarum myriadum Imperialium attigerunt. Annon ergo Elector Bavarix forti tredecim myriadum

(*) In Discours über den Westpählichen Frieden ART. IV. §. 3. pag. 108. ubi notat
 " Die Oberpfalz ist ein schönes Land : es
 " hat olim 800000 Fl. getragen, da es
 " hingegen heute zu Tage wohl zwey Mil-
 " lionen einbringet.

dum Florenorum facilè renunciare poterat, quo 800000 Florenorum, immò & duarum myriadum, adeóque gravissimâ, atque excessivâ usurâ quot annis potiretur; quippe cum fors tredecim myriadum nequidem unius myriadis usuram generet, sive quinquunces, sive ut appellantur, semissales (**), usuras admittere placuerit. At sic (inquires) fors ipsa periclitabatur. Fateor: Tota Guilhelmiana linea paucis post annis extingui potuisset. Quid igitur? Annon periculum fortis gravius scenus licitum reddit, ita, ut inde periculi pretium (***) clueat? Neque etiam proximum periculum obversabatur; siquidem MAXIMILIANUS Bavariae Dux masculâ prole nimirum FERDINANDO MARIA

(**) L. 10. II. de Pollicitat.

(***) L. 5. II. de nautico fœnere.

MARIA jam tum ditatus erat. Ad hæc cum Guilhelmiana linea usque ad finem mundi superesse potuisset; Palatini, seu linea Rudolphiana majori periculo se commisit, quàm Guilhelmiana. Hæc enim non nisi remotum subibat periculum, deficientibus masculis fortem tredecim myriadum amittendi. Ista verà superiore Palatinatu carere habebat, donec stemma masculinum Guilhelmianæ lineæ extingueretur, cujus eventum nemo mortalium computare poterat. Quid? quod superior Palatinatus apud lineam Guilhelmianam ab anno MDCXXVIII. usque ad annum MDCCLXXVIII. five obitum MAXIMILIANI JOSEPHI, excepto paucorum annorum intervallo, nimirum ab anno MDCCVIII. quo MAXIMILIANUS EMANUEL Elector Bavaricæ

variæ proscriptus, usque ad annum MDCCXIV. quo idem Badensi Pace (****) restitutus est, remanserit, atque ita Guilhelmiana linea ex superiore Palatinatu non tantum ipsam sortem tredecim myriadam cum excessivis usuris, sed & adhuc ultra sortem receperit. Felix me hercule periculum, quod tale, ac tantum usurarum pretium meruit. Excellens scenus, quod trajectitiam usque adeo pecuniam superat.

§. XVIII.

Tandem juxta primas Hermeneuticæ regulas ea semper capienda, ac facienda est interpretatio, ut absurdum, quod

(****) ART. XV. apud SCHMAUSS in *Corp. jur. Publ. Num. CXXXII. p. m. 1262. Conferantur Actes, & Memoires touchant lo Paix de Utrecht, Tom. V. pag. 461. & Tom. VI. pag. 898.*

quod leges minimè amplectuntur, sed potius explodunt, eviterur. Verùm num absurdum evitabitur, si asseramus, ac statuamus, repetitionem crediti tredecim myriadum utpote jure competentem heredibus allodialibus in casum extinctorum feudaliū reservatam esse? Minimè gentium. Alioquin necessario consequeretur, quod pacis conditores, seu pacificatores creditum tredecim myriadum, ac jus in Austriam superiorem, quod §. 4. remissum, abdicatum, delerum, sopitum, extinctum, cassum, irritum, ac nullum declararant, §. 9. vel ut nomen verum, ut actionem perpetuam, ut beneficium jure competens heredibus allodialibus reservassent, vel iterum restaurassent, renovassent, integrassent, resuscitassent, ac pristino vigori, valori, virtuti, ac potentiaē


rentiæ restituiſſent. Sive unum, ſive alterum dixeris, uſque abſurdum eveniet, quod abſurdorum omnium abſurdiſſimum eſt. Potéſtne enim quicquam eſſe abſurdius, quàm creditum, ac jus remiſſum, abdicatum, deletum, extinctum, caſſum, irritum, ac nullum declarare, & ſimul uno, eodémque tempore idem creditum, ac jus, ut nomen verum, ut actionem perpetuam, ut beneficium jure competens alteri reſervare? Potéſtne quicquam eſſe abſurdius, quàm nomen, ac jus ſopire, delere, extinguere, ac perimere, ſimúlque uno, eodémque tempore reſtaurare, integrare, ac reſuſcitare? Amabo! cui bono abdicatio, inductio, deletio, atque extinctio nominis, ac juris, cujus reſpoſitionem, ac reſtitationem ſubſequi oportuiſſet? Verbo. Vel pacificatores
nomen

nomen tredecim myriadum, ac jus in Austriam superiorem verè, plenèque abdicatum, deletum, extinctum, casum, atque irritum declararunt, vel non? Si posterius, quid integer §. 4. sibi vult, quive exponendus, capiendus, atque intelligendus venit? Sin posterius; quis erit, qui sublatum, deletum extinctum, ac peremptum nomen, & jus actionibus, ac beneficiis, quæ jure competunt, annumerasse sustinuerit?

§. XIX.

Quodsi porro quisquam curiosius indagare maluerit, quænam actiones, ac beneficia, quæ jure competunt, heredibus allodialibus reservata sint, ac manent; per me id fas esto. Impræsentiarum nobis solum demonstrandum erat, nomen tredecim myriadum, jusque in Austriam superiorem in numerum actionum, ac beneficiorum, quæ jure competunt, reservatorum nec jure, nec ratione referri posse. Quocirca reliqua jam non curo, sed is, quorum intererit, linquo, rivósque

CLAUDO.



Centimetres **TIFFEN** Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
[Blue patch]	[Cyan patch]	[Green patch]	[Yellow patch]	[Red patch]	[Magenta patch]	[White patch]	[3/Color patch]	[Black patch]

ac jus in
plenéque
um, cas-
unt, vel
ger §. 4.
apiendus,
posterius;
n extinc-
& jus ac-
ure com-
rit?

curiosius
tiones, ac
, heredi-
ac mane-
præsentia-
dum erat,
jusque in
um actio-
ure com-
e, necra-
a reliqua
intererit,